



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de**

**Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. LXIII. Bononien, fideicommissi de Bonsiolis. An & quando Religiosi professi, vel ex eorum persona Monasterium succedant in fideicommissis, sive illis obtentis per professionem priventur, aut ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

**BONONIEN-**  
**FIDEICOMMISSI**  
**DE BONFIOLIS**

PRO

MONASTERIO S. MICHAELIS  
IN BOSCO

CUM

CAROLO ANTONIO  
DE BONFIOLIS

*Responsum pro veritate.*

An & quando Religiosi professi, vel ex eorum persona Monasterium succedant in fideicommissis, sive illis obtentis per professionem priventur, aut faciant deficere fideicommissi conditionem, cum aliis ad hanc materiam.

S U M M A R I U M.

- 1 **F** Acti series.
- 2 **Q**uod in materia fideicommissaria non possit dari certum iudicium, & de ratione.
- 3 **D**e negantibus potestatem excludendi religiosos & monasteria.
- 4 **C**ontrarium verius, ut talis potestas competat.
- 5 **Q**uod procedendum sit cum distinctione casuum.
- 6 **D**e questione, an monasterium succedat loco filij remissive.
- 7 **A**n mors civilis resultans ex professione in religione sufficiat ad purificationem fideicommissi, vel debeat expectari mors naturalis, distinguuntur inter religionem capacem, & incapacem.
- 8 **Q**uid si proficiens ante professionem alteri cedat eju jura remissive.
- 9 **P**rofectio in religione non tollit jura sanguinis, & agnationis, ideoque regulariter, non repugnante voluntate testatoris religiosi succedunt in fideicommissis.
- 10 **E**xistentia religiosorum generis vocati sufficit ad impediendam ulteriorem substitutionem, etiamsi ipsi essent exclusi.
- 11 **A**n filij religiosi sufficiant ad faciendam deficere conditionem, si sine filiis.
- 12 **Q**uod contemplatio agnationis sit sufficiens conjectura exclusionis religiosorum.
- 13 **C**ontrarium verius, quod non sufficiat.
- 14 **A**n sufficiat prohibitio alienationis.
- 15 **Q**uod utraque simul juncta sit considerabilis, & quando.

D I S C. LXIII.

**N**icolaus de Bonfiolis de anno 1545. assignata ratione perpetuæ conservationis bonorum in ejus descenditibus ac familia, & agnatione, perpetuum descendivum, ac reciprocum fideicommissum ordinavit ad favorem ejus descenditæ masculinæ legitimæ & naturalis per verita-

tem, idest ex corpore & per verum ac legitimum matrimonium, substituendo ultimo descendente proximiorum agnatum, cum strictissima prohibitione alienationis etiam hypothecæ & locationis cujusvis actus, per quem quocunque modo dominii vel possessionis abdicaretur vel transferretur; Cum autem sequuta Hieronymi mortis sine filiis, ex dicta descendencia masculina fuissent superstites, Alexander professus in Congregatione Olivetana & Carolus Antonius secularis legatus per subsequens matrimonium, qui bonorum fideicommissariorum possessionem adeptus est, consulti sui ex parte dicti Alexandri Religiosi ius jus monasterii S. Michaelis in Bosco, An. lib. distaret necne dicta qualitas religiosi, qua scilicet tunc erat successione sibi debitam esse, ad effectum deliberandi super assumptione litis.

Edoctus autem à plurium consiliorum eorum disputationibus, Respondi id quod habetur omni materia, potissimum verò in ista fideicommissaria respondendum est, certum scilicet terminatum iudicium desuper tradi non potest. Nulla siquidem hodie vigere videtur ex tot multis questionibus, quas antiquiores adeo in mero puncto juris disputarunt, cum se de conspectu sint, recipiendo pro regula earum opinionum, quæ magis communes visæ sunt, ac assignando limitatione opinionum diversarum, verisimiliter ad veram etiam conjecturam voluntate ad dependentis, sive alias facti circumstantias, Unde præterea omnes sunt potius questiones facti voluntatis, certam generalem decisionem non dependentes, cum hæc pendeat à singulorum eorum individuis circumstantiis regulandis ex judicamento, quod semper ob ingeniorum varietatem varium ac incertum est.

Quare efformando desuper duas inspectiones. Unam juris super ejus regulis generalibus abstracta in abstracto; Et alteram facti super illius particulari iudicio seu decisione; Quatenus non net ad primam, ad veritatem, quod licet non negantes potestatem testatoris etiam per ipsam voluntatem, multo magis per tacitam conjecturalem, excludendi religiosos & monasteria quasi quod dispositio tanquam turpis habenda pro non scripta ex deductis per Mant. cons. 147. in fine. Fufar. quest. 4. 29. n. 19. cum seq. Atamen quatenus constar talem exclusionem ex irrationabili potestate erga Religiones, seu vitam ecclesiasticam potestatem quod in dubio non præsumitur, receptissima dieque absoluta est talis potestas, etiam multo magis nata ratione talem exclusionem cohonestandi necti finis vel desiderii conservandi hærentem descenditiam mediante matrimonio, cum in dubio præsumatur, Unde propterea omnes questiones in proposito reducuntur ad voluntatem, quæ e converso non præsumitur, ut per Corrad. variar. cap. 19. num. 11. Mant. de conjectur. lib. 1. cap. 15. num. 19. Molina de primogenitura lib. 1. cap. Galeota lib. 2. controver. 59. latè Altograd. aliorum conf. 96. lib. 1. ex num. 18. atque hanc semper in Rota, præsertim decis. 135. par. 7. rec. in Romanis commissi de Soricis coram Carillo inter suas decis. in Leodien. hereditatis coram Dinozetto inter suas decis. 938 & 945. in Bononien. fideicommissi de Lantaram Celfo inter suas decis. 339. in Mediolanen. bonorum 26. Junii 1647. & 18. Junii 1648. Bichio & Mant. Maii 1649. Corrado, quarum secunda est decis. 109.

Et decif. 313. num. 15. & feqq. par. 10. rec. & frequenter, cum etiam in decisionibus prodictis ad favorem Religionis & Monasterii id ponatur tanquam abfolutum, sed vis conftitatur in voluntate, Et conserunt in idem quæ habentur sub tit. de dote difc. 167. in propofito minoris dotis relictae ingredientibus monafterium, quam nubentibus in faeculo.

Verum quia plures in hoc propofito cadunt infpectiones vel casus, ob quos diverfus qualitates, diverfa oriri debet refolutio, illi tamen juxta confuetum juristarum vitium confundi folent, capiendū quid pro quo, undè propterea adeo frequentia prodeunt æqui voca, idcirco ad veritatem eruendam ac dignoscendum quando, ceffante voluntate expreffa, concurrat necne tacita feu conjecturalis, tam illius quàm plurium confimilium controuerfarum occasione, advertendam id quod frequentius, & fortè generaliter in hac fideicommissaria materia advertendum est, omnino fcilicet procedendum esse cum diftinctione diverforum casuum, quorum

Primus est, ubi facta est substitutio, sub conditione si sine filiis, primo heredi, qui in statu calibi religionem ingrediatur, An fcilicet Monasterium dicatur succedere loco filii, ita ut dictam conditionem deficere faciat, atque expirat substitutione ulteriorem progredium non habente, bona tanquam libera perpetuè & irrevocabiliter tranfeant ad Monasterium, & de isto casu particulariter agitur proximè infra in Viterbien. fucceffionis difc. 66. Ideoque omnes auctoritates istum casum percipientes extraneæ remanent ab illo præfentis controuerfar ob majus præjudicium generi vocato ex tali perpetua Monasterii fucceffione resultans, undè propterea minora & leviora fufficiunt adminiculis pro ejus exclusione, & ne loco filii habeatur, ut ibi.

Secundus casus est, ubi pofito quod testator pofuerit in conditione filios per naturam feu veritatem, ita ut Monasterium eorum loco non succedat, idem tamen primus hæres, feu alter sub dicta conditione gravatus in Religione profiteatur, unde resultet desperatio procreationis filiorum, atque certa reddatur talis conditionis purificatio; An fcilicet ad fideicommissi aperturam feu purificationem ad favorem substituti fufficiat hæc mors civilis, vel potius expectanda fit ipsius gravati mors naturalis; Et in hoc licet non defint, ut in omni casu contradicentes, Vera tamen ac recepta diftinctio est, ut regulariter, atque non refragante testatoris contraria voluntate, attendatur qualitas Religionis, An fit capax in communi, vel incapax ut hoc fecundo casu mors civilis ex professione reulans vim habeat naturalis, qua non expectata locus fiat substituto, fecus autem in primo, quoniam licet persona ipsius gravati, ita effecta fit incapax pofsidendi bona in particulari, attamen remanet capax Monasterium vel Religio in communi, ideoque spectanda est mors naturalis, ut antiquioribus relatis Franch. decif. 14. ubi adden. Castill. lib. 3. controu. cap. 12. Cypre. Latr. consult. 63. num. 27. & 30. cum feqq. Far. quest. 430. de Marin. resol. 166. lib. 1. & communiter; Et conferunt quæ habentur in proximè fequenti casu fortiori; Solaque dubietas isto casu cadere solet, quando intermedium commodum inter professionem & mortem naturalem non cedit Monasterio feu Religioni, sed privato extraneo, cui profrens dum adhuc esset in faeculo ejus bona & jura cessisset, feu legasset, & tunc intrat aliqua difficultas, potiffimè ubi fequitur ingreffus in Reli-

gionem incapacem in communi, ex iis quæ infinuantur in Viterbien. difc. 66.

Tertius casus est, ubi agitur de fideicommissio habente tractum perpetuum, ac fucceffivum, qualis est propriè casus præfentis controuerfar, ita ut fucceffio non importet jus vel dominium perpetuum, sed solum pro vita illorum de genere vocato, quibus illud in tempora defertur cum tractu fucceffivo ad favorem aliorum ejusdem vel diverfi generis; Et tunc recepiffima est regula, ut propofita capacitate Religionis in communi, qualitas professio nis non obftet, cum hæc non tollat jura naturalia sanguinis vel agnationis, neque intret illud perpetuum præjudicium, quod ex fucceffione Monasterii resultat in primo casu, de quo fuprà, Et confequenter non refragante contraria expreffa voluntate testatoris, minusque obftantibus ejusdem voluntatis fatis urgentibus conjecturis, fundata est intentio Monasterii in fucceffendo ex persona Religiofi, istius vita durante, ut bene ita diftinguendo inter istum & primum casum prædictum firmatur in celebri Bononien. de Blanchettis coram Veroff. decif. 433. & 433. p. 12. rec. quæ reputantur in materia magiftrales fæpiffimè canonizata, præfertim in fuprà allegata Leodien. coram Danozetto inter fwas d. decif. 978. & 945. in Auximana præditi 4. Februarii 1661. Celfo inter fwas decif. 341. num. 9. ubi num. 10. refpondetur ad dictam decisionem 339. coram eodem in Romana fideicommissi de Cuppis, de qua difc. fequen. & tanquam abfolutam fupponitur in omnibus auctoritatibus & decisionibus, quæ pofita certa voluntate, fuperius deductæ funt circa potestatem, undè propterea isto casu, quoties non adest voluntas expreffa, omnes quæftiones funt fuper pendere & efficia conjecturarum pro tali voluntate exclusiva inducenda.

Quartus casus est, ubi constat de tali voluntate exclusiva, undè propterea Religiofi professi quamvis de genere vocato nullum habent jus fucceffionis, sed post defectum illud genus de quo ipsi funt, aliud genus ad eandem fideicommissariam fucceffionem vocatum est; Et tunc intrat quæftio, An existentia hujusmodi Religioforum de facto, quamvis non vocatorum fufficiat ad impediendam purificationem conditionis, sub qua alterum diverfum genus vocatum est.

In hoc autem, licet ut in omnibus, non defint contradicentes, attamen quoties exclusio non est omnimoda, atque ut nostri dicere folent pro regula, feu per annihilationem, ut in propofito exclusionis foeminarum habetur fuprà in Bononien. fideicommissi de Catanis difc. 40. & in aliis, Regula est, quod eorum existentia de facto fufficiat ad impediendam purificationem conditionis, in qua spectatur nudum factum, neque à parte difpofitiva, inferre licet ad conditionalem, ut cæteris relatis firmatur per Rotam dec. 151. par. 3. rec. in dicta Romana fideicommissi de Soricis coram Carillo inter fwas decif. 266. satis frequenter canonizata, ut advertitur dicto difc. 40. & alibi plures, quoniam ceffante dicto casu, in quo exclusio fit adeo effrenata, quod importet omnimodam annihilationem, ac si tales persone non essent natæ, vel non essent in rerum natura, in Rota & Curia hoc jure passim vivitur.

Quintus demum est casus, in quo agatur de substitutione sub conditione, si sine filiis heredi gravato simpliciter adjecta, ita & taliter quod filiis existentibus, defecta substitutione bona remaneant libera penes gravatum juxta regulam deductam ex celebri confil. 21. Oldrad. An fcilicet ad hunc effectum fuffi-

LUCA  
ve  
umentis  
cat.  
VI  
9

sufficiant filii, qui naturaliter supersint, sed civiliter sint mortui utpotè professi in aliqua Religione capaci, vel incapaci & de hoc particulariter agitur infra in Bonon fideicommissi de Pastarini disc 65.

Applicando igitur ad rem, cum verfaremur in tertio casu supra exemplificato, non dubitabatur regulam assistere Religioso, & ex ejus persona Monasterio, dum non resistebat voluntas expressa, quæ in hac dispositione non legebatur, ideoque tota inspectio restringebatur ad punctum, An adessent necne conjecturæ sufficientes pro hujusmodi voluntate inducenda, quarum duæ ex testamenti contextu desumi videbantur, Una scilicet contemplationis agnationis, & conservationis bonorum in ea, Et altera prohibitionis alienationis.

Super prima, non levis contentio est inter scribentes, illam enim ad hunc effectum sufficere omnium latius firmant cæteris relatis *Mantis. de conjectur. lib. 2. tit. 12. n. 25. cum seq. Peregr. de fideicommiss. artic. 28. n. 82. & conf. 23. n. 14. lib. 3. Altograd. dicto conf. 96. n. 18. lib. 1. apud quos concordantes, & sentit Rota in Roman. fideicommissi 1. Martij 1613. coram Manzano.*

Contrarium tamen, ut expertus sum in Romana fideicommissi de Cuppis disc. seq. & in aliis, tenere consuevit Rota, cum qua procedunt alia Curia Romanæ ac Status Ecclesiastici inferiora Tribunalia, ut scilicet, vel exclusio debeat esse expressa, vel conjecturalis deducta ex pluribus conjecturis in simul junctis, ita ut numerus & pondus concurrant, ut advertitur d. decis. 135. par. 7. rec. & in secunda decisione edita 2. Maii 1659. coram Melio in dicta Romana de Cuppis disc. seq. & in aliis.

Et quidem satis probabilis videtur hæc secunda opinio, ut scilicet ista sola conjectura contemplationis agnationis non sufficiat, quoniam cum frequentius, ac ferè omnia fideicommissa ulteriorem tractum successivum habentia ex hoc motivo agnationis ordinari soleant, ita inanis remaneret dicta regula nunquam vel rarò verificabilis.

Altera erat conjectura resultans ex prohibitione alienationis, quæ ita sequi diceretur, dum bona transitum faciunt ad Monasterium extraneum, attendentia potissimè opinione Canonistarum in Rota & Curia Romana recepta, ut bona delata Monacho, directe, & immediate transiant ad Monasterium non autem mediare, & ex persona Monaci, ut est sensus Civilistarum, ut de hac conjectura habetur apud plures collectos per *Eusar. quasi 430. n. 6. & advertitur in dicta Romana fideicommissi 1. Martij 1613. coram Manzano, & apud Altograd. dicto conf. 96. n. 16. & 17. lib. 1.* Verùm neque ista conjectura sola, & de per se sufficiens videtur, ac propterea meritò neglecta in tot decisionibus, de quibus supra ex eadem ratione considerata in proposito alterius conjecturæ, quod cum hæc prohibitio sit fideicommissi connaturalis, & frequentius adjici solita, ita pariter inanis remaneret regula; Nil obstante dicta consideratione immediati transitus ad Monasterium juxta Canonistarum opinionem, quoniam id inductum est in gratiam & favorem Religionis, & quoad effectus proficuos non autem in odium, cum isto respectu Religio uti possit opinione Civilistarum prout ei expedit; Dicta verò conjectura potentissima esset quoad effectum perpetuum juxta primum casum supra exemplificatum, secus autem quoad temporalem Religiosi vita durante.

Est bene verum quod istæ duæ conjecturæ insimul univæ, & fortius quando aliæ etiam concurrerent cum regula, ut *singula qua non prosunt &c.*

quandoque juxta facti qualiterem sufficientem ad ipsa bona, atque percuterent ne dum contentionem pro toto genere vocato, sed contentionem permanentiam de facto in personis secularibus quibus verè & naturaliter familia faciat figuram sæculo, ac indigeat bonis pro conservatone utilitatis, & splendoris spectata substantia vestigia voluntatis magis quam figura verborum, ut sum de quo disc. sequenti & in dicta decis. 373. Celfo.

In hac verò facti specie, licet alienationis prohibitio per verba nimis ampla & effectiva contemneretur, non tamen videbatur quod verfaremur in casu, & consequenter respondi quod non improbabilis esset Monasterii præsentio, tendentem ad illud licet certum ac determinatum judicium duci non posset, dum ut liquet ex dicta Rom. de Corpore disc. 1. & in aliis eadem Rota in iisdem casibus in dictis libris variavit.

## ROMANA FIDEICOMMISSA DE CUPPIS

PRO

JOANNE DOMINICO

CUM

P. ANDREA DE CUPPIS

Casus variè decisus per Rotam.

De eadem materia exclusionis Religiosorum, Et in specie an expressa exclusio clericorum qui sint sufficienter provisi de Beneficiis continere debeat exclusionem Religiosorum.

### S Y M M A R I U M.

- 1 Acti series.
- 2 Resolutiones cause.
- 3 Ubi exclusio religiosorum est clara, sunt in inspectione, quia potestas est certa.
- 4 Ubi testator exclusit proprium filium ob defectum qualitatis, multo magis censetur excludere alios remotiores eadem qualitatem habentes.
- 5 Quod exclusio clericorum beneficiatorum non essent de beneficiis bene provisi, non excludit religiosos profesos.
- 6 Ponderantur plures circumstantie ad exclusionem suadentes.
- 7 De ratione, ob quam clericis secularibus redditibus, & bonis, quibus non videntur religiosi.
- 8 De differentia inter clericos seculares, & regulares, dum promoventur ad ordines.

### D I S C. LXIV.

Cardinalis de Cuppis, qui juxta illorum temporum morem de Trano, ob illam Ecclesiam commendatam habebat, nuncupabatur, dum habens filios, in statu laicali, legitime susceptos, unum clericum & Episcopum Auximanum, alterum in secularem & uxoratum, excluso primo anprobeno clericali, atque de bonis ecclesiasticis bene proviso, alterum instituit cum perpetuo successore deicommissi in universa descendencia masculina.